



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Pallium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Pactum, vide Contractus.

PALLIVM.

1. **P**allio quo significatur plenitudo officij Pontificalis, vtitur Archiepiscopus in Missa solemnī, in prouincia, non autem extra Ecclesiam, vt in processionibus, aut alijs, nec id potest alteri commodare.

*Syl.V. Pallium, c. Pallium d. 100.

2. Antequam Pallium accipiat, non debet ordinare, aut consecrare, nec Ecclesiam dedicare, nec Concilium vocare.

*Syl.l.c. Vide Cucum. lib. 1. Insti. canon.

3. Debet cum eo sepeliri. § Syl.l.c.

Papa, vide Electio, Lex.

1. **P**apæ electio Simoniaca ipso facto nulla. *Ex Conc. Lat.* Quidam tamen dicunt opus esse sententia condemnatoria.

*Vide Fum. V. Papa.

2. Nulla Excommunicatio aut Censura impedit Papæ electionem. *Ex Pio IV.*

3. Tractans de eligendo Papa, Papa viuente, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata. *Ex Paulo IV.*

4. Papam peccare non seruando legem humanam, aut in eo dispensando sine causa, affirmat Nauarr. itemque si antea fuit Religiosus, nullum habere pecuniæ dominium, sed solam administrationem.

*Item)